

etis invidia, vel zelus, id est emulatio et contentio ut ait hic Judas; sed patio post interna ambitio et invidia in externam erupit, cum Marius contra Syllam bello civili contendit, Iulius Caesar contra Pompeium, Augustus contra Antonium; tuncque res publica eorum presumdata est, ac aristocratice successi monarchia Augusti et sequentium imperatorum. Audi Catonem apud Sallustium, *De Bello Catilinario* cap. lit: « Nolite existimare maiores nostros armis Rempublicam ex parva magna fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimam eam non habemussemus. Quippe sociorum, atque civium, præterea armorum, et equorum major copia nobis nobis quam illis est; sed alia fuere, que illos magnos fecerunt, que nobis nulla sunt: domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque libidini, neque debito obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atque avariciam, publice egostatem, privatum opulentiam; laudamus divitias, sequimus inertiam: inter honos et malos discrimen nullum, omnia virtutis premia ambitione possidet. Neque mirum, ubi vos sibi quisque consilia capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniae, aut gratias servitis. Eo fit ut impetus fiat in vacuum Rempublicam. »

47. ET ELEGIT JUDAS EPOLEMUM, etc., ET JASONEM, — id est Ioseph, vel Jesus; sic enim Hebrei vocabantur; sed qui Hebrei Graeci erant subditii a tempore Alexandri Magni, hinc pariter Graeca assumptae nomina, ut pro « Jesus », id est « salvator, vocarentur « Jason », id est « sanctor » ab iudeo, id est sano. Sic Eupolemus, Menelaus, Alcimus greci sunt nomina, et talia amicabunt Apollonem, ut Antiochus, Demetrius et Graecorum gratiam invenient.

FILIIUM ELEAZARI. — Aliqui putant hunc Jasonem fuisse filium Eleazari fratris Machabœi, de quo cap. ii, 5, ali Eleazar sensi nonagenarii, qui pro lege Mosis generosum obiit martyrum, II Machab. XVII; sed nihil certi hie statui potest.

ET MISIT EOS ROMAN CONSTITUTORE CUM ILLIS AMICITIAM. — Premebat Judas hinc validis copis Demetrii, inde domi Menelai, Jasonis et Alcimi Pseudo-Pontificum, ideoque apostatarum) amicorum et hostium suorum: « a videbat se cum paucis fidis Iudeis diu eis resistere non posse. Prudenter ergo ad Romanos tunc rerum dominos configit, eorumque opem fedus incendo imploravit: quod ex voto successit. Nam Romanii scripserunt ad Demetrium, jusseruntque ei ut Iudam et Iudeos deinceps non infestaret. Nec erat in hoc federe periculum idolatriæ, aut alterius mali, quia Romani omnibus gentibus permittebant suos deos patriamque religionem. Erant enim politici, nec nisi politicum regimen suum servare, et propagare studebant, ad quod valde sibi utile fore sciebant, si gentium iura et numina non mutarent, sed eas patribus legibus et numinibus vivere sinerent. Secus fuit in Iosephat rege Iuda, qui a

Prophetæ reprehensus fuit. II Paral. xix; quem id est idololatra Ioram rege Israël fedus et congiarium contraxisset: nec hoc enim idolatria ingressa est, et pervasis regnum Iuda. Sic David, persecutionem sustinens, a Saulo configit ad Achis regem Ged. idololatram, I Reg. xvii. Idem cum Naas rege Ammon fedus iniit, II Reg. x; et cum Tholmai rege Gessur, cuius filiam duxit uxorem, II Reg. iii, versus 3. Sic Abraham, Isaac et Jacob cum Palæstinis et Syria idololatris federa sanxerunt, Gen. cap. xiv, et xxi et xxvi. Licit ergo, imo pie et sancte Judas cum Romanis pactum iniit, ut eorum ope patriam, rempublicam, Ecclesiast, veramque fidem et religionem, quam Antiochus et apostolæ evocare conabantur, tueretur et protugnaret; est Ruperius Blesensis et alii contra sentent, ut dicant cap. seq. vs. 18.

Dices: Hoc fedus cum Romanis fuit occasio eum Romani paulo post Iudeam subegerint, et deinde rebellantem everterint. Respondes. Causa hujus subactionis non fuit fedus, sed Hyrcani et Aristobuli nepotum Simonis Machabœi contentio de Principatu. Hi enim arbitrum delegerent Pompeium, qui Principatum recte adjudicavit Hyrcanum, quasi seniori; sed cum Aristobulos repugnaret, ac Jerusalem caperet, Pompeius eum cum urbo expugnavit, et consciente Hyrcano Iudeam Romanis subiecti, ut fusa narrat Josephus.

21. IN TABULIS ÈREIS. — Romanii scribentur tabulis èreis, quas publice appendebant ad eorum perpetuatum, ac ne quis ea incaere vel abolerre posset.

23. BENI SIT ROMANIS ET GENTI JUDEORUM. — Est

versus 1. hoc initium et auspicium fedoris, quo federi bene omnianunt, et felicitatem apparetur, q. d.

Quod felix faustumque sit Romanis, eaque ac Iudeis, fedus utrinque inimicus bene precentes, et illud utrinque contra hostes salutare, eaque ac per-

petuum sit.

25. AXIUM FERET (Romanis bello appetitus) — GENIUS JUDEORUM, FROTTUS TEMPUS DICTAVIT CORSE PLENO. — id est sinecuso, integro, perfecto, q. d.

Sincerissime, integerime et promississime Iudei juvabant Romanes, si bellum eis ingrueret: unde pro « corde pleno », versus 27, dicitur « ex ani-

mo. »

26. ET PREMIANTIBUS (Iudeis, Romanii) NON DABUNT, NEQUE SUBMINISTRABUNT TRITICUM, ARNA, PECCUNIA, NAVES. — Sed haec omnia suo sumptu prestatibus Iudei, ut gratis succurrant Romanis; aliqui enim Romanorum non tam essent fedrati et amici, quam mereenari pretio conducti. Amicitia enim gratuita et liberaliter opem amico egeni prestantibus postulat.

ET CUSTODIENT MANDATA FORUM. — ut pro Romanis militantes Iudei Romanorum duci per omnia subsint, perinde ac si es Judeus esset, ejusque mandata plane execuantur, ut facint ceteri milites Romani: aliqui enim frustaneum esset Iudeorum auxiliu, si ipsi sua consilia a Roma-

nis diversa; imo subinde adversa sequi vellent. Sic enim schisma facerent in exercitu, eumque hosti cedendum objicerent.

27. SIMILITER AUTEM ETC. — q. d. Simile auxilium

gratuitum plane, sincerum et liberale prestatibus

Romani Iudeis, si a quopianis bello haec sanc-

tuere dosistat. Sed antequam haec littera ad Deme-

trium veniret, ille iam miserat Bacchidem, cum

quo Judas confiligos viri quidem sed occubuit,

aut Iudei conditionibus federis jam dic-

tis) addere, aut demere adhuc ALIQUID VOLVERINT,

FACIENT EX PROPOSITO SUO, — scilicet ex communis utriusque partis voluntate et consensu.

31. SCRIPSIUS EI. — Demetrio, ut Iudeos ve-

xare dosistat. Sed antequam haec littera ad Deme-

trium veniret, ille jam miserat Bacchidem, cum

quo Judas confiligos viri quidem sed occubuit,

aut Iudei conditionibus federis jam dic-

## CAPUT NONUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Bacchides, a Demetrio remissus in Iudeam, eam vastat: Iudeas, octingentos duntaxat in aciem educens, cum eo configit et vitavit; sed, dum fugientes inseguuntur, a tergo latus gloriouse cadit. Moz Iudei cum Bacchide paciscuntur, qui dum socios Judei affigit, Judei probi Judei defuncto substituunt Jonatham ejus fratrem, vers. 28. Indo, vers. 35, filii Jambri capiunt, cedantque Joannem fratrem Jonatham, qui proinde Joannis necem uiceceperit: moz, vers. 44, cum Bacchide configit, cedantque mille viros; Alcimus quoque a Deo perevit, vers. 44. Bacchides, vers. 58. ab apostatis in Iudeam revocatus, nunc dolo capere Jonatham, nunc ei satagit, sed ubique repulsi, tandem cessis apostatis cum Jonatha stabili fedus iniit.

1. Interea, ut audivit Demetrius quia cecidit Nicanor et exercitus ejus in prælio, apposuit Bacchidem et Alcimum rursus mitttere in Iudeam, et dextrum cornu cum illis. 2. Et abi-erunt viam qua ducit in Galgala, et castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbelis: et oc-cupaverunt eam, et permerunt animas hominum multas. 3. In mense primo anni centesimi et quinquagesimi secundi, applicerunt exercitum ad Jerusalem: 4. et surrexerunt, et abi-erunt in Beream viginti millia virorum, et duo millia equitum. 5. Et Judas posuerat castra in Laisa, et tria millia viri electi cum eo; 6. et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, et timuerunt valere: et multi subtraxerunt se de castri, et non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. 7. Et vidit Judas quod deflexit exercitus suis, et bellum perugebat eum, et contractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos, et dissolutus est. 8. Et dixit his qui residui erant: Surgamus, et eamus ad adversarios nostros, si poterimus, sed liberemus animas nostras modo, et revertamur ad fratres nostros, et tunc pugnabimus adversus eos; nos autem pauci sumus. 10. Et etiā Judas: Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis; et si appropriavit tempus nostrum, moriantur in virtute propter fratres nostros, et non inferamus crimen glorie nos- tra. 11. Et movit exercitus de castri, et steterunt illis obviam: et divisi sunt equites in duas partes, et fundibularii et sagittariae praibant exercitum, et primi certaminis omnes potentes. 12. Bacchides autem erat in dextro cornu, et proximavit legio ex duabus partibus, et clama- bant tubis. 13. Exclamaverunt autem et hi, qui erant ex parte Iudea, etiam ipsi, et commota est terra a voce exercitum: et commissum est prælium a mane usque ad vesperam. 14. Et vidit Judas quod firmior est pars exercitus Bacchidis in dextro, et convenerunt cum ipso omnes constantes corde: 15. et contrita est dextera pars ab eis, et persecurta est eos usque ad montem Azoti. 16. Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contritum est dextrum cornu, et secuti sunt post Judam, et eos qui cum ipso erant, a tergo: 17. et ingravatum est prælium, et ceciderunt vulnerati multi ex his et ex illis. 18. Et Judas cecidit, et ceteri fugerunt. 19. Et Jonathas et Simon tulerunt Judam fratrem suum, et sepelierunt eum in sepulcro patrum suorum in civitate Modin. 20. Et fleverunt eum omnis populus Israel planctu magno, et lugebant dies multos, 21. et dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui saluum faci-

bat populum Israel ? 22. Et cetera verba bellorum Juda, et virtutum quas fecit, et magnitudinis ejus, non sunt descripta: multa enim erant valde. 23. Et factum est, post obitum Juda emerserunt iniqui in omnibus filiis Israel, et exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. 24. In diebus illis facta est famae magna valde, et tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis. 25. Et elegit Bacchides viros impios, et constituit eos dominos regionis: 26. et exquirerant, et persercurabant amicos Jude, et adducebant eos ad Bacchidem, et vindicabat in illos, et iludebat. 27. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est virus Propheta in Israel. 28. Et congregati sunt omnes amici Jude, et dixerunt Jonathæ : 29. Ex quo frater tuus Judas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos nostros, Bacchidem, et eos qui inimici sunt gentis nostra. 30. Nunc itaque te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem, et ducem ad bellandum terram nostrum. 31. Et suscepit Jonathas tempore illo principatum, et surrexit loco Jude fratris sui. 32. Et cognovit Bacchides, et querebat eum occidere. 33. Et cognovit Jonathas, et Simon frater ejus, et omnes qui cum eo erant: et fugerunt in desertum Theeucæ, et considererunt ad aquam lacus Asphar. 34. Et cognovit Bacchides, et die sabbatorum venit ipse, et omnis exercitus ejus, trans Jordanem. 35. Et Jonathas misit fratrem suum ducem populi, et rogavit Nabuthæos amicos suos, ut commodarent illis apparatus suum, qui erat copiosus. 36. Et exierunt filii Jambri ex Madaba, et comprehendenter Joannem, et omnia que habebat, et abiuerunt habentes ea. 37. Post hæc verba, renuntiatum est Jonathæ, et Simoni fratri ejus, quia filii Jambri faciunt nuptias magnas, et docunt sponsam ex Madaba, filiam unius de magnis principibus Chanaan, cum ambitione magna. 38. Et recordari sunt sanguinis Joantis fratis sui: et ascenderunt, et absconderunt se sub tegumento montis. 39. Et eleverunt oculos suos, et viderunt; et ecce tumultus et apparatus multis: et sponsus processit, et amici ejus, et fratres ejus, obviamillis cum tympanis et musicis, et armis multis. 40. Et surrexerunt ad eos ex insidiis, et occiderunt eos, et occiderunt vulnerati multi, et residui fugerunt in montes, et acceperunt omnia spolia corum : 41. et conversi sunt nuptiae in luctum, et vox musicorum ipsorum in lamentum. 42. Et vindicaverunt vindictam sanguinis fratris sui, et reversi sunt ad ripam Jordanis. 43. Et audivit Bacchides, et venit die sabbatorum usque ad oram Jordanis in virtute magna. 44. Et dixit ad saos Jonathas: Surgamus, et pugnemus contra inimicos nostros; non est enim hodie sicut heri et nudus tertius. 45. Ecce enim bellum ex adverso, aqua vero Jordanis hinc et inde, et ripæ, et paludes, et saltus: et non est locus divertendi. 46. Num ergo clamare in cœlum, ut liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commissum est bellum. 47. Et extendit Jonathas manum suam percutere Bacchidem, et divertit ab eo retro. 48. Et dissiliit Jonathas, et qui cum eo erant, in Jordanem, et transnataverunt ad eos Jordaniem. 49. Et occiderunt de parte Bacchidis die illa mille viri. Et reversi sunt in Jerusalem, 50. et adificaverunt civitates munitas in Iudea, munitionemque erat in Jericho, et in Ammanum, et in Bethorion, et in Bethel, et Thannata, et Phara, et Thopor muris excelsis, et portis, et seris. 51. Et posuit custodiā in eis, ut inimicities exercerent in Israel. 52. Et munitivit civitatem Bethsuram, et Gazaram, et arcem, et posuit in eis auxilia, et apparatus escarum; 53. et accepit filios principum regionis obsides, et posuit eos in arce in Jerusalem in custodiā. 54. Et anno ceutésimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus destrui muros domus sancte interioris, et destrui opera prophetarum: et cepit destruere. 55. In tempore illo percussus est Alcimus: et impedita sunt opera illius, et oculusum est os ejus, et dissolutus est paralyti, nec ultra potuit loqui verbum, et mandare de domo sua. 56. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. 57. Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus: et reversus est ad regem, et siluit terra annis duobus. 58. Et cogitaverunt omnes iniqui dicentes: Ecce Jonathas, et qui cum eo sunt, in silentio habitant

confidenter; nunc ergo adducamus Bacchidem, et comprehendet eos omnes una nocte. 59. Et abiuerunt, et consilium ei dederunt. 60. Et surrexit ut veniret cum exercitu multo: et misit occulte epistolas sociis suis, qui erant in Iudea, ut comprehenderent Jonathas, et eos qui cum eo erant; sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum. 61. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant malitia, quinquaginta viros, et occidit eos: 62. et cessavit Jonathas, et Simon, et qui cum eo erant in Bethhessen, quæ est in deserto, et extinxit diruta ejus, et firmaverunt eam. 63. Et cognovit Bacchides, et congregavit universam multititudinem suam: et his, qui de Judea erant, denunciavit. 64. Et venit, et castra posuit desuper Bethhessen: et oppugnavit eam dies multos; et fecit machinas. 65. Et reliquit Jonathas Simonem fratrem suum in civitate, et exit in regionem, et venit cum numero, 66. et percussit Odaren, et fratres ejus, et filios Phaseron in tabernaculo ipsum, et cepit cedere et crescere in virtutibus. 67. Simon vero, et qui cum ipso erant, exierunt de civitate et succederunt machinas, 68. et pugnaverunt contra Bacchidem, et contritus est ab eis: et afflixerunt eum valde, quoniam consilium ejus, et congressus ejus erat inanis. 69. Et iratus contra viros iniquos, qui ei consilium dederant ut veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit: ipse autem cogitavit cum reliquis abire in regionem suam. 70. Et cognovit Jonathas, et misit ad eum legatos compонere pacem cum ipso, et reddere ei captivitatem. 71. Et libenter accepit, et fecit secundum verbi ejus, et juravit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vite ejus. 72. Et reddidit ei captivitatem, quam prius erat praedatus de terra Juda: et conversus abiit in terram suam, et non apposuit amplius venire in fines ejus. 73. Et cesavit gladius ex Israel: et habitavit Jonathas in Machmas, et cepit Jonathas ibi judicare populum, et exterminavit impios ex Israel.

Vers. 3. 3. IN MENSE PRIMO (Nisan, id est, Martio) ANNI 472 (Grecorum), APPLICERUNT EXERCITUM (Bacchides et Alcimus: fuisse triginta armatorum milia sibi Gorionides, lib. III, cap. XXV.) AD JERUSALEM, — ut eam obsiderent et caperent; sed audiens Judam colligere suos, ut obsidionem solveret, ea relata, abiuerunt, ut Judea occurrerent.

Vers. 4. 4. ET ABIERUNT IN BEREAM VIGINTI MILLIA VIRORUM, ET DUO MILLIA EQUITUM, — ut cum Juda dimicarent; reliqua enim ex triginta millibus octo milibus Bacchides per presidia distribuit, ita ut contra Judam eduxerit duxatas viginti duo milia.

Vers. 5. 5. ET MULTO SUTRAXERUNT SE CASTRI, — nimirum bis mille et ducenti; nam ex tribus milibus cum Juda mansera tantum 800, quos ipse in aciem eduxit contra Bacchidem. Mirum eos immemores opis divinae toties expertæ, et tot victoriuarum Jude, tan turpiter eum deseruisse! sed hec est hominum infirmitas, inconstans, infidelitas, quam parit subtilis metus et pavor. Presertim accidente mala fortumor, libidinum, aliquorumque militarium scelerum conscientia: hic enim milites facit timidos, ut in ea mori non audiant.

Vers. 7. 7. ET CONTRACTUS EST CORDE, — id est, « ut tandem affectus, ait S. Thomas, quia ingentem habebat zelum, nec eum exequi poterat, » ut Christus (eius Judas fuit typus) in horto cepit pavere et tenebre, Matth. xxvi. Secundo et plenius, q. d. Perculsum et magna animi perturbatione cor-

reptus pene concidit: nesciebat enim quid in rebus tam arctis consili caperet, sed natura naturalique ope, et consilio deficiente erexit animum per solitam in Deo confidentiam, et magnanimitatem, constitutus cum paucis configere cum tam numeroso hoste, et gloriose vel vincere, vel mori. Sic Julius Cesar multos validosque hostes non fugiebat, sed ambebat, ut in virtutem suam bellicam ostenderet, teste S. Augustino, lib. V De Civitate, cap. xi; sed Julius par cum pari fere numero, Judas vero longe impar cum numerosissimi dimicabat, eosque sternebat.

6. ABST ISMAB REN FACEBE, UT FUGIANUS AB EIS; (generoso enim duci turpe est fugere, et fugiendo victimum se fateri, malleque vitam fugiendo conservare, quam pugnando gloriose mori: et si ergo Judas licet et prudenter potuisse fugere, ac diere cum Demosthene: « Vir fugiens deuuo pugnat, » tamen præ animi magnitudine, et quia nunquam hucusque fugerat, sed semper pugnarat, et pugnando vicerat, fortius et glorioius esse duxit non fugere, sed pugnare, presertim quia fidebat Deo, cuius ope cum paucis toties hostes tam numerosos profligarat. Itaque, vel vincere voluit, vel generose mori; aliter ergo: ) ET SI APPROPIAVIT TEMPUS (occumbendi et moriendi) NOSTRUM (nobis a Deo statutum, et decretum ab æterno,) MORIANTUR IN VIRTUTE, (in fortitudine, nimis rurum fortiter pugnantes, ne inulti, sed magna strage hosti illatae p. cadamus) PROPTER FRATRES NOSTROS, pro patria et focis, pro patria, pro religione, pro Deo

dimicantes. Quæ enim gloriösior mors nobis obtingere potest?

**ET NON INFERAMUS CRIMES** (notam, labem, deedes) GLORIE NOSTRE, — ut qui gloriös semper in acie stelum, fronteque adamantina hosti resistimus, nunc timidi fugiendo ei terga obvertamus, ut ab eo in sequente quasi oves fugientes ignavi cedamur et maceremur. Gloriam ergo hie non hominum vanam et inanem, sed Dei veram et solidam Judas captivit: decrevit enim pro Dei religione pugnare et vincere, vel mori. Ita S. Ambrosius, lib. I Offic. cap. xii: «Judas, ait, cum nongentis (Noster et Septuaginta habent octingentis) viris bellum aduersus, volentibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriös magis mortem, quam turpem fugam suast: Ne crimen nostrum relinquantum glorie. Ilaque commissio prælio, cum a prime die ortu in vesperam dimicaret, dextrum cornu, in quo validissimum innum adverterit hostium, agressus facile averterit. Sed dum fugientes sequitur ei tergo vulnus locum præbuit, ita gloriösorem triumphis mortem invenit.»

Sic S. Antonius solus daemonum plurimorum confictum non fugiebat, sed omnes ad duelum provocabat, malens ab eis occidi, quam fugere. Nam cum ab eis cœsus fuisset usque ad mortem, a suis semimortuus domum relatus, jussit se ad locum palestrense reportari, ibique demones provocans: «Ecce, inquit, ego hic sum Antonius, non fugio vestra certamina, etiam si majora facias, nullus me separabit a charitate Christi, psallebatque dicens: Si consistant adversum me casta, non timebit cor meum, quia Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dominus protector vite meæ, a quo trepidabo? Dominus mihi servans, et ego exultabo super inimicos meos.» Ita S. Athanasius in ejus vita.

Sic Judas hic instar leonis, qui nunquam fugit, quicunquaque hostes cum invadant, fugere non potuit, sed cum paucis plurimos invasit, et superravit.

**13. ET CONTRITA EST DEXTERA PARS AB EIS, ET PERSECTUS EST EOS.** — Victor ergo in hoc prælio existit Judas eo gloriösior, quo cum paucis alii multos stravit.

In hac pugna error commisus est, quod certi milites Judee non se posuerint sinistro cornu Baccidis, illudque prælando, vel potius prælum simulando distinxerint, ne Judam et coeteros a tergo sequerent et cederet. Hæc enim fuit causa cœsis Judee et fugæ sociorum. Unde Vegetius, lib. III, cap. xx, hunc modum, quo pauci multos vincere possint, prescribit: «Cum instructe acies ad congressum veniant, tunc tu sinistram alam tuam a dextra adversarii longius separabis, ne vel missilia ad eam, vel sagittæ perveniant. Dextram autem alam tuam sinistre ala illius jungs, et ibi primum iuxta prælim: ita

ut cum equitibus optimis, et probatissimis pedibus sinistram partem illius, ad quam te junxeris, aggrediaris, atque circumveas, et detruendo atque supercremerendo ad hostium terga pervenias. Quod si semel adversarios exinde pellere cooperis, accedentibus tuis indubitatam victoriam conqueraris, et pars exercitus tui, quam ab hoste submoveris, secura durabit.»

**17. ET JUDAS CECIDIT,** — non tam ex vulneribus <sup>VII. 16</sup> quam expugnandi cœdendique labore et lassitudine, ali Gorionides. Idem asserit Josephus, quem audi: «Id conspicuit, qui sinistrum » cornu tenabant, a tergo adorti Judam circumveniunt: qui videns nullum superesse effugium, urgentibus circumquaque hostibus, in vestigium cum suis constitit, et cœsis hostium plurimi, lassitudine magis quam vulneribus confectus, cecidit non inullus. Quo prostrato, non habentes amplius quem sequerentur milites orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effusit sunt. Ila Victoria Baccidii cessit: non cruenta solum, sed etiam pudenda cum 22 milibus, octingentis viri non solum totum demum resistierunt, sed robur ipsum exercitus contriverint, fuderint, fugarint, et cœsum ducem suum incolumes a prælio sui fratres abstulerint.

Allegorice Judas heros fuit typus Christi, qui in cruce cadens et moriens vicit ipsam mortem, peccata, diabolum et infernum, omnimes hostes fortissime debellavit.

Jude fortitudinem imitati sunt primi Gentilium duces. Leonidas Spartanus cum trecentis Xerxi ducenti in acie undevices centena militum milili ad Thermopylas se opponens, vincendo oscumbere maluit, quam fugiendo vitam servare; unde ad suos conversus sic ait: «Prandete, comilitones, tanquam apud inferos conaturi.» Ita Valerius Maximus, lib. IV, cap. vii.

Plutarchus in *Laconicis* sequentia afferit. Idem Leonidas, ab Epori regatus nunc quid aliud facere statuisset, respondit: «Nil aliud ago, quam verbottenus barbarorum transitum impediturus, sed revera pro Graeci morturis.» Idem cum aruspex diceret ex exitis exercitu portendi vitoriam, sed duci mortem, letus navalem pugnam aggressus vincendo occupavit, suaque morte patriæ vitoriam peperit. Idem fecit Codrus rex Atheniensium mutato habitu hostiles laessens, a quo occisus Atheniensibus vitoriam sua morte juxta oraculum sancivit. Rursum Leonidas, regatus cur fortes viri gloriös mortem inglorie vite anteponant, respondit: «Quoniam alterum nature proprium, alterum peculiariter suum esse dicunt. Nam nature beneficium vivunt et ignavissimi, ac honeste mori non contingit; nisi virtute preditis, et fortibus. Fugere enim ignominiosum est et duci et patriæ contra manentem, aut mori, aut vincere utriusque honestissimum.»

Lacedemonii, ait Plutarchus, juventutem nūl alii docebant, quam ut magistratus obtinperantes, omniaque contemnentes vite pericula.

aut in prælio vincerent, aut fortiter caderent.

Agesilaus, rogatus qua ratione duci pararetur gloria, respondit: «Si mortem contempserit, » nihil enim magnum geri potest ab eo qui vita sua metuit et consulti.

Bias ab Iphiclete circumcessus, rogatus quid ex articulo faciendum foret, respondit: «Quid aliud, sit, nisi ut vos servemini, ego pugnando moriar?»

Laco na clypeum imponens filio: «Fili, inquit, aut hunc, aut super hunc, » q. d. Sie rem geri in prælio, aut ut victor clypeum reportes, aut mortuus in eo domum reporteres.

Plutoypas iturus ad conflictum, cum uxor obsecraret ut vita sua caveret, ait hoc dicendum esse privato, non duci. Duci enim est pro patria fortiter pugnando occumbere. Hæc omnia Plutarchus in *Lacon.*

Epaminondas, ait Valerius Maximus, lib. III, cap. ii, in prælio, «capud Leondrum trajectus hasta, sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes, primum an clypeus suis salvis esset; deinde, an si hostes penitus forent, interrogavit. Que postquam ex animi sententia compexit: Non finis, inquit, commilitones, mœre vite, sed melius et altius initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu et auspicio meis caput Grecie facta video, et fortis et animosa civitas Spartana jacet armis nostris abjecta, amara dominatione Graeca liberala est, orbus quoque non tantum sine liberis morior: quoniam mirificas filias Leuctram et Mantinæ relinquunt. E corpore deinde suo hastam educi jussit, coquæ vulnus expravit. Quod si enim Dii immortales vitoris suis perfrui passi essent, sospes gloriös patriæ moenia non intrasset.»

Hæc duces mundi: quid nunc faciat dux, et miles Christi non pro vana caducaque, ut illi, sed pro vera sempernæ gloria dimicantis et decertans?

**ET CATERI FUGERUNT,** — sicut fugiunt milites, cæso duce, et oves caeso pastore, et si cœpisse apostoli fugerunt, Christo crucifixo, cuius typus hic fuit Judas: in eo enim consistebat totum robur Israelis.

Quares: Unde tanta elates Judee et Judeororum tam fortium et invincibilium? Respondeo. Prima causa fuit militum inestus et perfidia, quod bis mille et ducenti Judam ducem suum deseruerunt, et cum eo remanserunt tantum 800 qui humanis viribus non poterant diu resistere 22 milibus hostium. Adde militum rapinas, stupra aliaque scelerata que Deus punire voluit.

Secunda causa fuit humana infirmitas et inconstancia, per quam fit ut etiam strenuissimi et perfrictissimi artis sue in ea aliquando aberrent: ubi ergo impossibile est ut sagittarii sagittanti perfrictissimi, adeo ut semper fere sagitta scopum configat, quin semel a scopo aberret, si sepius v. g. centies in eum sagittat; sic impossibile est ut di-

ces et milites bellicosissimi ita semper pugnent et vineant, ut nunquam vicantur. Hinc sicut perfrictissimi natatoris pereunt natalando, sic optimi duces et milites pereunt pugnando.

**Tertia,** quod præium sit res periculosisima; volunt enim tela et sagitte

— am per aerem instar grandinis: quare nunc nunc, nunc illum tangunt, et occidunt. Nam ut in Eccl. cap. m.

vers. 27: «Qui amat periculum in illo peribit; » et ut siebat David de cœso Uriâ in prælio: «Nunc hunc, nunc illum consumit gladius.» Il Reg. xi. 29. Novi in Belgio ducenti audacissimum, cujus hoc erat axioma, generosum militem non posse diu vivere; quia cum se adacter auditi explorare vite periculis, vix posse evadere, quia citio aliquo lethali perimatur. Unde et Poeta:

Torpe senex miles : turpe senilis amor.

Deus enim permittit causas secundas suo cursum: et esto suos sepe protégat, tamen tandem permittit eos cursui nature, præserfim quia omnibus semel moriendum est. Permittit ergo quemque mori in suo opere et exercito, ut militem in bello, agricultor in agricultura, fabrum in fabricando, doctorem in studio, etc. Sic plerosque martyres Deus ab igne, leonibus, aquis, etc., servavit illos; sed tandem permisit eos gladio perire, ut martyris laudes eos coronaret.

**Quarta** fuit quod Judas, suorum fuga se videns desertum, consternatus noluerit fugere, ut prudenter facere poterat, sed ex animi magnanimitate maluerit pugnando occumbere. Hoe enim duci decorum est, adeoque haec mors ei est gloriosa: unde generosi milites non aliam optant mortem, quam mori preliando. Fuit ergo haec mors Jude gloriosa, ut ipso quum obiit in pugna, que cum paucis hostium plurimorum dextrum cornu confringit, totque eorum milia cecidit, et fugientes insecutus vulnus lethale a tergo accepit, victorique occubuit. Quare mors haec Jude fuit tam triumpphi, et tot victoriæ tropis, ut fuit Samsoni, Jonathæ, Josie, exterisque herosibus, ait Serarius. Addunt Thalmodici: «In hoc sacro bello, plerique, dum viverent, filii erant diaboli et peccati. At post mortem, Dei filii, martyrio eorum peccata expiate; » et adjungit in Psal. LXXXVIII. Genebrardus: «Andis quanta sit vis belli sacri contra Turcas et hereticos, ut parum prohs, sanctos et martyres officiat: ubi vincit salutare, vincere gloriös.» Commode tamen hoc intelligendum docent, que imperatori Phœco volenti, ut milibus omnibus contra fideli hostes cadentibus, martyrum nomen homosque impenderetur; ab Antistitibus responsa facere, ut quidem scribit in Can. xii. Balsamon, et Baroniust. VIII Annal, anno Domini 610. Ita Serarius.

**Quinta,** quod Judas contractus animo, cum in tantis angustiis se constitutus videret, expresse non configuraret ad Deum, nec ejus opena imploraret, ali facere solebat, sed totum se et suos

ad conflictum instantem et urgenter comparari. Esto enim impieite, et virtualiter omnem suam fiduciam in Deo collocaet, tamen explicite et formaliter Deum non obsecravit: quare Deus eum sibi et nature permisit, juxta quam solus tot hostibus succubuit. Hinc discere homines in artis constitutos ita angustias sui sepe absorberi, ut de Deo invocando non cogint; quod tamen tune maxime facere debent, cum a nullo alio, nisi a Deo ipsis possint. Quare Iude example sapientum, ut in magnis periculis, vel tentationibus constituti illico Dei gratiam, opemque supplerent magna cum fiducia imploremus; sic enim eam impletarimus, et per eam salvabimur.

Sexta, Deus hoc eas voluit humiliare Iudam, ne in suis viribus et victoriis superbiat. Sic Deus permitit viros sanctos in aliqua minora peccata labi, ut graviora, presserent vane glorie et superbie, effugiant.

Septima, Deus Iude et ceteris ostendere votum omnia in hoc mundo esse vana, fragilia et caduca, eumque ab ipsis per mortem transiere ad veram vitam, et beatam immortalitatem: ad hanc enim duci mors, quasi via, illaque sepe in speciem miserae, abjecta, et ut hominibus videatur tantis viris indigna. Sic principes Apostolorum S. Petrum et Paulum permisit Deus a Neroni indigne occidi, ut per hoc maiorem in collis patientiae coronam accipere mererentur. Sic Jordani, qui S. Dominico in generalatu ordinis Predicorum successit, permisit in mari submersi, cumque nonnulli indolerent, et pene murmurarent, quod vir tam sanctus tam vilis mortem subiisset, ipse nonnullis appavens eos reprehendit, asservens se per illam mortem ab omnibus culpis novisque expiatum transisse ad beatam immortalitatem. Justus enim, quaeunque morte praecouperatur fuerit, in refugio erit, quia in justitia sua Deique gratia moritur. Sis S. Franciscus Xavefius, moliens Sinum conversionem in ipso eorum aditu in extrema rerum omnium inopia deseritus ab omnibus, miseratus, ut hominibus videbatur, sed viro Apostolico dignam mortem obiit.

Aliam causam dat Rupertus, lib. X De veteri etate cap. ult. Petrus Blesensis, Epist. XLVI, Emmanuel Sa et nonnulli alii, nimurum displicuisse Deo fodus a Iude et Jonatha initum cum Romanis, quod non satis confisi sint soli Deo, ideoque post hoc fodus omnia eis infelicitate cessasse, eosque citu occubuisse. Verum superior ostendi hoc fodus prudenter ab eis fuisse initum; sic enim fidendum est Deo, ut humana administratione non negligantur: ita Serarius sub finem libri, Quast. XXXII.

Porro Iude sex duxit annisdux praeftus Israeli, quibus tot tantaque gessit, quanta vix illi gesserunt, qui 50 annis Republice praeferuerunt. Duxit enim init anno 450 Greecorum, quo mortuus est pater eius Mathathias, I Machab. II,

70; occubuit vero anno 452 Greecorum, ut patet hoc cap. III, qui fuit Demetrii regis Syrie annus secundus, Ptolemei Philometoris regis Egypti vigesimus, ante Christi ortum annus 159. Ita Samianus et alii.

22. Et CETERA VERBA (id est gesta et facta verbis <sup>Vera. 11</sup> et historiis exprimenda) BELLORUM IUDA ET VIRTUTUM (Grec. ιωπεριδια), id est virtutis operis, sive heriocorum facinorum) QUAS FECIT, ET MAGNITUDINES IUS SUNT NON DESCRIPTA: MULTA ENIM ERANT VALDE, — q. d. Paucis et multis Jude herois gesta recensui, ut ex ungue agnoscerem leonem: longe enim plura gessit, quae nimis longum foret narrare. Hinc patet incomparabilem bellum ducem fauisse Judam, quo nullus fuerit superior, vix illius aquilis et par; nullus enim cum tam paucis tantas hostium copias toties superavit, et prostravit; nullus pro patria, pro fide, pro templo, pro Dei cultu usque ad mortem per omnem vitam ita desudavit, ita predilectus est, ac tandem pugnando occubuit, ut Iudeas. Quare non dubium eum Sanctorum Duceum (si non martyrum, quod tamen nonnulli volunt) catalogo a Deo inscriptum, meritis per tot facinora coronis in celo decorari, et si nomen eius martyrologis Christianorum inscriptum non legamus. Historia tamen scholastica, et Petrus de Natalibus Episcopus Esquilinus Judam vocant Sanctum, eumque catalogo Sanctorum adscribunt mense octobri. Vide eum lib. IX Catalogi Sanctorum, cap. n, ubi fuisse Jude, quasi sancti viri, vitam enarrat, ac cap. seqq. fratribus eius Jonathae et Simonis, aequa ac patris Mathathiae, quos omnes sanctos nuncupant, virtutesque heroicæ eorum, quasi Sanctorum recentem.

23. Post ORBITUS IUDA EMERENTUR INQUI, — q. d. <sup>Vera. 12</sup> apostata, qui eo vivo hiscere non audebant, et mortuo exercent cornua, ut regis Demetrii Gentilismum et idololatriam in Iherusalem inducerent. Ille ergo usurpant Iudeos, ut se dederent Bacchidi dum Demetrii preserim, quia ut scipio:

24. IN DIETIS ILLIS FACTA EST FAMES MAGNA VALDE, — tum ex Dei apostatas castigantes vindicta, tum quod Bacchidi frumenta, vel absumperat, vel periderat: hisce de causis tradidit se BACCHIDI OMNIS REGIO EORUM, — exceptis Jonatha et Simone, eorumque asseciliis, quorum electore etrogata.

31. SUSCEPTE JONATHAS IN TEMPORE ILLI PRINCIPATUM, — tam civilem quam sacrum, puta tam Ducatum, quam Pontificatum.

33. ET FUGERANT (quia pauci erant, nec tot hos <sup>Vera. 12</sup> et apostatis resistere poterant) IN DESERTUM THECUE, — ex qua prodiit mulier illa Thecuitis, que Absalonem Davidi reconciliavit, lib. II Regum. XIV. 2.

35. ET JONATHAS MISIT FRATRUM SUUM (Joaninem, de quo cap. II, 2, ducent populi a Jonatha crea- tura, ut ejus foret vicarius et bellum dux: ) ET NO- GAVIT NABUTHEOS (incolas urbis Nabu nobilis et preclarus, sita in tribu Ruben, Numer. XXXI, 35.) AMICOS SUOS, UT COMMODARENT ILLIS APPARATUM

SUOS — armorum et machinarum helicium, quo carebat Jonathas et Iudei, qui pene inuenies profugerant in desertum Thecue, ut dictum est vers. 33.

Vera. 36. 36. ET EXERENT FILII JAYBRI EX MADABA, — fa- ventes Bacchidi potius quam Jonathas. Madaba erat in tribu Ruben non longe a Nabo, et Nabu- theos. Audi Adrichomium: Madaba, vel Madaba Hebraica idem est quod aqua doloris, vel manantes, primaria quandam Ammonitarum urbs, sita in planicie, cui et nomen deuit postem Amor- rheum, quia eam jure bellū abstulerat, et muris cinxerat. Habet in circuitu montes, paludes et saltus. Hujus cives cum Joannem Machabeum interfecerint, in ejus ultionem multi eorum, a Jonatha occisi sunt. Quam posterum Hyrcanus non sine labore, sexto decimo mense cepit; perman- sit usque statuēm Hieronymi, antiquum nomen retinens. \*

COMPREHENDERUNT JOANNEM, — spoliaverunt et occiderunt; sed eum necesse erigitur ultius est Io- nathas, ut sequitur vers. 47.

Vera. 41. 41. ET CONVERSE SUNT NIPTILE IN LUCTUM, — caso sposo cum asseciliis, ac ceteris spoliatis. Sic sepe in hoc mundo plausus ventitur in planum, cantus in lamentum, et extrema gaudi lucus occupat. Qui sapit ergo, mundum contemnat, et co- lum ambiat.

Vera. 43. 43. IN VIRTUTE MAGNA, — id est, cum exercitu magno et valido; humi enim significat ονειρα, id est virtus, robur, potentia, fortitudo.

Vera. 44. 44. SURGAMUS ET PUGNEMUS CONTRA INIMICOS NOSTROS: NON EST ENIM HOMINE SICUT HERI ET NUDUS TUTUS, — ut possimus libere abi, vel pugnamo declinare, vel fuga elabi. Sumus enim hostibus numerosis vicini, et ab eis pene cingimur; nam alia ex parte Jordane, paludibus et salibus in vils concludimur, ut effugere nequeamus; quare necesse est cum Bacchide configlere. Faciamus ergo ex inevitabilis necessitate virtutem, et acri- rime non tam pro vita, quam pro patria, templo et Deo dimicemus, ut vincamus, vel pugnando moriamur, ut fecit Judas frater meus, vers. 9. Hunc esse sensum liquet ex eo quod subdit:

Vera. 45. 45. ECCE ENIM BELLUM EX ADVERSO (a Bacchide instante nobis immunit), AQUA VERO JORDANIS HINC ET INDE NOS — cingit et transitu prohibet. Acer hic est militi stimulus ad pugnandum, quem duces ei proponunt, ut generose pugnet cum aut vincere debet, aut mori. Simili modo Annibal, teste Livio lib. XXI: « Dextra levaque duo maria claudunt, nullum ad effugium quidem na- vem habemus, etc., hic vobis vincendum aut moriendum, milites, est. » lib. XIII, de Ro- manis in angustum redactis: « Ab lateribus mon- tes et laevis; a fronte et tergo hostium aries clandebat, apparetne nullam nisi in dextra ferocia salutis spem esse. »

Vera. 47. 47. ET EXTENDIT JONATHAS MANUM SUAM PERCU- TERE (ut occideret) BACCHIDEM, ET DIVERIT AB EO

RETRO, — q. d. Bacchides vertendo se et retror- sum resilendo ictum Jonathas declinavit.

48. ER DISSILIUT (Grec. et Latina nonnulla manuscripta ac Hugo habent desiliuit) JONATHAS FI QUI CUM EO ERANT IN JORDANEM, ET TRANSNATA- VERUNT AD EOS JORDANEM, — q. d. Jonathas cum vim hostium repressisset, cessis mille viris, ipsorumque pene duce Bacchide, videlicet se cum fam paucis male armatis diu cum tot milibus hostium armatisissimi configere non posse, habuit tem- pus tote se cum suis subducendi. Nam insiliit in Jordanem, cumque vestitus et armatus natando transmisit; nec hostes, utpote ab eo cast, regres- sique eum insequi, aut transitum Jordaniem impedi- dire sunt ausi. Itaque Jonathas et Iudei securi « transtaverunt ad eos, » puta ad suos, qui paulo ante Jordaniem transierant. « Transtaverunt, » in- quam, « Jordaniem, » unde Graeca elatius et pleni- us habent: Et insiliit Jonathas et qui cum eo erant Iudeorum et transnatauerunt in ulteriori ri- pam, et non transierunt (hostes, scilicet, Bacchidis milites) ad eos Jordaniem. Et Josephus: « Cum, in- quiet, Bacchides caute ictum Jonathas declinasset, Jonathas cum suis desilente commiserunt se flumini, et in oppositam ripam transtaverunt, hos- pitum non ausi trahere. » Hinc Salianus suspi- catur in Vulgata esse mendum, et pro « tra- naverunt ad eos, » legendum « non transtaverunt ad eos » q. d. Hostes non ausi sunt transe Jordaniem, sequique Jonatham et Iudeos, qui eum transeant, ne sis eis intermercentur, vel quis suf- focarentur. Sed omnia exemplaria latina legit affirmativa « transtaverunt ad eos, » juxta sensum initii dictum. Ita Sanchez.

49. ET ECCLIBERUNT DE PARTE BACCHIDIS DIE ILLA MILLE VIRI — Josephus auget more suo numerali- bus que mille.

50. ET REVERSI SUNT IN JERUSALEM, — non Jonathas, sed Bacchides cum suis copiis. Hic enim tenebat urbem Iherusalem, imo arcem Sion, totamque terram Iudeam. Ita Josephus, Salianus, Sanchez et alii idque patet ex sequentibus.

51. ET EDIFICAYERUNT (Bacchides, ejusque asso- clae missi a rege Demetrio ad occupandam Ju- deam) CITIVATES MUNITAS IN IUDA, — ut per eas reliquias Iudeam sibi subjectam delinserent, ne Jonathas supervenientes ex ea ipsos expellere.

52. ET POSUIT CUSTODIAM IN EIS. — Custodiām <sup>Vera. 56</sup> vocat praesidium militum, quos Bacchides in ur- bibus iam dicta collocavit, ut eas contra Jona- thas irruptiones custodirent et propugnarent.

53. ET POSUIT IN EIS AUXILIA (scilicet, scilicet, versa. 56 milium iam dicta) ET APPARATUM ESCARUM, — hoc est amoniam copiosam, ut obsidionem Jonathas se absente diu sustinere possent, ne pressi fame cogenerant deditionem facere.

54. ET ACCEPTI (Bacchides) FILIOS PRINCIPUM RE- GIONIS OSIDES, — ne Principes, sive primores Iude- um sibi rebellarent, et cum Jonatha conspi- rent, ideoque eorum filios, quasi obsides conclu-

sit in arce Sion, ut ibi custodirentur, ne ad suos profugerent.

54. ET ANNO 153 (Graecorum) MENSE SECUNDO PRECEPIT ALCEMIUS, (Pseudo Pontifex ac secessus apostata et proditor, qui Demetrium regem excitarat, ut Baechidem contra Judam Machabeum, ejusque fratres mitteret, sibique Pontificatum exclusus Juda conferret, cap. vii, 1 et seq.) DESTRU MURUS DOMUS SANCTORUM INTERIORIS, — ut se Pontificem et templi dominum esse ostenderet. Graece: *Jussit diriri murum aula sanctorum interioris.* Nonnulli murum hunc accipiunt eum, quem Judas Machabeus, cap. iv, 60, templo obfendit ad ejus custodiun, ne in illud irrueant Demetriani occupantes arem vicinam Sion. Verum hic murus erat aula exterioris, non interioris, nec erat opus prophetarum, ut sequitur, sed Judee Machabæi. Quare murus hic intelligendus est templi, puta Sancti, et Sancti Sanctorum; vel polius atrii sacerdotum, templo sive Sancto adjacentis. Hoc enim atrium dicitur aula, sive dominus interior respectu atri lacrum, quod dicebatur aula, sive dominus exterior. Nam inter utrumque hoc atrium interjectus erat murus altitudinis trium cubitorum, quem Josephus Gysum vocat, ut sacerdotes a laici distinaret, ne laici ad atrium sacerdotum, et altare holocaustorum, quod in eo erat, accedere posset. Alcemius ergo murum hunc intermedium cepit destruere, tum ut sacerdotes et sacrifici profanaret, tum ut laici et gentiles ad altare holocaustorum accederet possent, in eoque aquæ ac sacerdos sacrificare. Ita Salianus, Sanchez et alii.

ET DESTRU OPERA PROPHETARUM, — nimurum murum atrii sacerdotum jam dictum: hunc enim aquæ ac reliquum templum iussu Dei extruxi iusserunt prophetae Aggeus et Zacharias, qui et suis oraculis urgebant populum assidue ad inchoatum templi fabriciam prosequandam et perficiendam, ita ut templum, opera facta in templo ad ejus ornatum die possint, debeatque horum prophetarum pariter, ac Ezechielis, qui et cap. xl tempili fabriciam idem scriptis, ut juxta eam adficarent. Forte etiam peculiaria quedam fueru in atrio hoc monumenta horum, et aliorum prophetarum, quibus significatur, tum eorum sanctissima et propheca, tum eos fabricae templi fuissauctores et promotores.

55. IN TEMPORE ILLI (cum scilicet sacrilegas manus immitteret in muri sacri ium dicti demolitionem) PERCUSSUS EST (a Doo templi sui tutor, et sacrilegi vindice) ALCEMIUS (sacrilegus), ET IMPEDITA SUNT OPERA ILLIUS (in demoliendo atrii templi muro), ET OCCLUSUS EST OIUS (blasphemum quo murum hunc, quasi Pontifex dirui præcepferat), ET DISOLUTUS EST PARALYSI, NEC ULTRA POTUERU LOQUI VERBUM ET MANDARE DE DOMO SUA, — q. d. Non potuit condere testamentum, nec de rebus domus suis disponere, quoniam in domo deo disponeretur, illanque diruens vulerat. Justa er-

go et congrua sceleri et sacrilegio Alcimi a Deo inficta est hec pena. Selestus hic Iudeus et apostata, ut Demetrio et Graeci placuerat, pro Hispano Joacim, quod ei erat proprium, Graecum nomen vicinum assumpsit, sequi vocavit Alcimum, Graece Αλκίμος, id est fortis, validum, strenuum, ferocius, ut Demetrius eo quasi duce ad debellandum Judam et Jonathan uberetur, qui et revera ipso usus est; sed Deus sacrilegum mox castigavit, eumque paralysi dissoluit; itaque debilitavit et prostravit, ut ne verbum quidem eloqui posset, nimurum:

Sequitur superobus ullor a tergo Deus,

ut Αλκίμος, id est robustum faciat, Αλκίμον, id est molestissimum, tristissimum, doloribus et cruentibus confectum.

56. ET MORTUUS EST ALCEMIUS IN TEMPORE ILLI CUM VERS. 14  
TORMENTO MAGNO, — nimurum anno 153 Graecorum, ut dictum est vers. 56, qui fuit annus secundus dictum Jonathae. Quare errat Josephus, dum scribit Alceimo morienti in Pontificatus successisse Judam Machabeum. Nam Judas iam non precedenti, puta 152 Graecorum, ut dictum est cap. ix, 3 et seqq. occubuerat. Modico ergo tempore sua impedita et pseudo-Pontificatus galvina est Alcemius, scilicet, per biennium dimicata. Nam eum iniit anno 151 Graecorum, ut dictum est cap. vii, 1 et 5; fuit vero 153 Graecorum, mense secundo, ut hic dicitur. Tam breve est gaudium impiorum, tam brevis impietas, cui mox succedit longissima gehennæ aeternitas.

57. ET SALVAT TERRA (quievit Judea a bello et infestacione Baechidis) ANNI QUONIAM, quibus Jonas-

thas se suoque erexit et armavit.

58. ET COGITERUNT OMNES INQUI, — Judei apos-

Vers. 53.  
t, et Jonathas seu nus, ac inimici et proditoris,

qui vocarunt secreto Baechidem, ut Jonathan nihil cogitantem mali, noctu eaperet et opprimeret, sed frusta: Deo enim dirigente, immotu

Jonathas coruus prodito.

61. ET APPREHENDIT (non Baechides, ut vuli Jo-

vers. 61.  
sephus, sed Jonathas suos proditoris) DE VIRIS RE-

GIONIS, QUI ERANT PRINCIPES MALTHIÆ (proditoris)

50 VIROS ET OCCLUDIT EOS.

62. ET SECESSIT JONATHAS ET SIMON ET QUI CUM EIS ERANT IN BETHEBESSEN, QUE ERAT IN DESERTO: ET EXSTRUIT DIRUTA EJUS, ET FIRMAVERUNT EAM. — Jonathas fraude apostolatum et proditorum, ac vallidis copiis Baechidis tota Judea exclusus, cum fratre Simone, et paucis associis, successi in urbem Bethbessen sitam in deserto Jericho in tribu Benjamin, non longe a Jordane, eamque munivit, ut in ea se suoque contra Baechidem defendere. Audit id Baechides, et collectis omnibus copiis Bethbessen obsedit, ut Jonathan cum omnibus suis ibidem collectis opprimere, itaque bellum omne finiret. Quid ad hunc Jonathas et Simon?

63. ET RELIQUIT JONATHAS SIMONEM FRATREM SUUM V

IN CIVITATE (ut eam contra Baechidem propagnaret), ET EXIT IN REGIONEM (vicinam colligere milites), ET VENIT CUM NUMERO, — cum numero exercitu.

66. ET PERCUSSIT ODAREN. — Erat hic unus ex amicis et dueibus Baechidis. Aliqui, pro Odaren legentes « Oduren », censem hoc nomen non esse proprium, sed appellativum, ut significet obsessorem viarum, sive predonem et latronem; hunc enim significat Graecum οδηγητα.

ET COPIIS CLEDERE (sociis et amicis Baechidis sparsos per campstrem, ibique in tabernacula securi degentes, ex opinione eis invadens) ET CRESERE IN VIRTUTIBUS. — Graece ιδράριον, id est in exercitibus. q. d. Jonathas collectis manu invasit Odaren cum suis, aliquo socios Baechidis cedidit; inde pluribus ad se concurrenibus, antequale copias æqua ac animis, invasit ipsa castra Baechidis, que Bethbessen obsidebant, dato signo Simoni fratri, ut ex urbe erumpens hostes obsidentes a fronte invaderet, quos spuma a tergo invadebat, ita factum ut hostes utrigue invasi tanta vi utroque ab utroque cederentur, itaque Simon machinas eorum, quibus urbem impetrabant, comburebant, ut sequitur, ut Josephus, lib. XIII, cap. i, quem audi: Relicto ac oppidi tutelam Simone fratre, clam egressus Jonathas, et collectis in vicina regione sua factiosis hominibus, noctu in Baechidis castra irruit, et multis trucidatis, effect ut frater exercitus cognosceret. Quamprimum enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta incendiit eorum machinas, ecclie etiam non medioeri edita. Ita quoque Hugo, Sallanus, Sanchez et alii. Addit Gorionides Baechidem fugissim desertum, ibique captum a Jonatha, supplem et factum jurasse se omnia que a Judea operat redditum; itaque pace firmata liberum dimisum in Syria ad suos rediisse. Sed mihi taler habet Scriptura, imo contrarium indicat, scilicet, Jonathan priorem pacem petuisse a Baechide, id-

eoque parum æquas Judæis conditions accepisse, ut patet vers. 70.

69. ET MULTOS EI FIS OCCIDIT. — Baechides, cœsus a Jonatha, frum vertit in apostatas Judeos, qui eum et Syria in Judeam contra Jonathan evocarant, promittentes si securam de ipso, utpote de bello non cogitante, victoriam; quare videns se ab eis in fraudem inductum, et a Jonatha cœsum, eos, quasi mali sui auctores, occidit. Vide hic ut malum consilium consultori sit pessimum, et in ejus jugulum redeat.

IPSÆ AUTEM COGITAVIT CUM BELLIQVIS ABIRE IN REGIONEM SCAM. — Hoc unum cogitans, ait Josephus, quomodo ex sua et regis dignitate obsidio sine imposito, exercitum posset sine ignominia redire Antiochiam ad regem Demetrium, ideoque conditions pacis a Jonatha oblatis statim acceptavit.

70. ET COGNOVIT JONATHAS, ET MISIT AD EUM LEGATOS COMPOSERE PACEM, ET REDDERE EI CAPITIVITATEM, — id est captivos. Hic enim fuit conditio pacis, ut utrigue captivi commutarentur et redderentur. Jonathas prior petuit pacem, quia res ejus et Judeorum erant afflicta, ideoque nec Ieroymam quam tenet Bacchides, nec alias Judeæ turbas ab eo petere est ausus.

73. ET CESSAVIT GLADIUS IN ISRAEL, — id est ces- Vers. 12.  
savit bellum et prælia, in quibus multi gladio perirent, ac de facto multi hic in Israel perempti erant.

ET HABITAVIT JONATHAS IN MACHMAS. — Jonathas Principis et Pontificis propria sedes erat Jerusalem et templum; sed hanc occupantibus Baechidis, Jonathas sedem sibi elegit in oppido Machmas, quod situm erat in confino tribuum Benjamin et Ephraim, ibique cepit jus dicere populo, ac apostatas ex Israel exterminare, tollem Rempublicam Israelis componere, quea ut ibidem fecerat Samuel, judex et princeps, lib. I Reg. vii, 8.

## CAPUT DECIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Demetrius et Alexander reges consobrini, de regno Asia inter se dimicantes, magni promissis ambunt armatum Jonathan; sed eam obtinet Alexander, qui Jonathan Pontificatum confirmat, additique purpuram et coronam auream. Mox, vers. 48, Alexander adiutus a Jonathan, cum Demetrio confliktis, eum superat et occidit, inde uxorem ducit Cleopatrā filiam Ptolemaeos Philometoris regis Egypti, ac in nuptiis Jonathan honorat, ducentque sui Principatus creat. Denique, vers. 67, Demetrius Demetri occisi filius militum Apollonum cum exercitu, quem Jonathan profugat, ideoque ab Alexandro dono accipit urbem Accaron, et filiam auream.*

¶ Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est Nobilis: et occupavit Ptolemaidam; et receperunt eum, et regnavit illic. 2. Et auditiv Demetrius rex, et congrexavit exercitum copiosum valde, et exxit obviam illi in prælium.

3. Et misit Demetrius epistolam ad Jonatham verbis pacificis, ut magnificaret eum. 4. Dixit enim: Anticipemus facere pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexandro adversum nos: 5. recordabitur enim omnium malorum que fecimus in eum, et in fratrem ejus et in gentem ejus. 6. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, et fabricare arma, et esse ipsum socium ejus: et obsides, qui erant in arce, jussit tradi ei. 7. Et venit Jonathas in Ierusalem, et legit epistolas in auditu omnis populi, et eorum qui in arce erant. 8. Et timerunt timore magno, quoniam audierunt quod dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. 9. Et cœditi sunt Jonathae obsides, et reddidit eos parentibus suis: 10. et habitavit Jonathas in Ierusalem, et caput adificare et innovare civitatem. 11. Et dixit facientibus opere, ut extruerent muros, et montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: et ita fecerunt. 12. Et fugerunt alienigenæ, qui erant in munitionibus, quas Bacchidus edificaverat, 13. et reliqui unusquisque locum suum, et abit in terram suam: 14. tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerunt legem et precepta Dei; erat enim haec eis ad refugium. 15. Et au. ixit Alexander rex promissa que promisit Demetrius Jonathæ: et narraverunt ei prælia, et virtutes quas ipse fecit, et fratres ejus, et labores quos laboraverunt. 16. Et ait: Numquid inveniems aliquem virum talem? et nunc faciemus eum amicum et socium nostrum. 17. Et scripsit epistolam, et misit ei secundum haec verba, dicens: 18. Rex Alexander fratri Jonathæ salutem. 19. Audivit de te, quod vir potens sis viribus, et aptus es et sis amicus noster: 20. et nunc constituius te hodie summum Sacerdotem gentis tuae; et ut amicus voceris Regis (et misit ei purpura et coronam auream), et que nostra sunt sentias nobiscum, et conserves amicitias ad nos. 21. Et induit se Jonathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die solemni scenopiegie: et congregavit exercitum, et fecit arma copiosa. 22. Et audivit Demetrius verba ista, et contristatus est nimis, et ait: 23. Quid hoc fecimus, quod preoccupavit nos Alexander apprehendere amicitiam Judeorum ad munitionem sui? 24. Scribam et ego illis verba deprecatoria, et dignitates et dona, ut sint mecum in adjutorium. 25. Et scripsit eis in haec verba: Rex Demetrius genti Judeorum salutem. 26. Quoniam servastis ad nos pactum, et mansistis in amicitia nostra, et non accessistis ad inimicos nostros, audivimus, et gavisi sumus. 27. Et nunc perseverate adhuc conservare ad nos fidem, et retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscum: 28. et remitteremus vobis prestations multas, et dabimus vobis donationes. 29. Et nunc absolvos vos et omnes Iudeos a tributis, et pretia salis indulgeo, et coronas remitto, et tertias seminios: 30. et dimidiadim partem fructus ligni, quod est portiois mee, reliquo vobis ex hodierno die, et deinceps, ne accipiatur a terra Iuda, et a tribus civitatibus, quæ addita sunt illi ex Samaria et Galilæa, ex hodierna die et in totum tempus; 31. et Ierusalem sit sancta et libera cum finibus suis: et decima et tributa ipsius sint. 32. Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem; et do eam summo Sacerdoti, ut constituat in ea viros quosecumque ipse elegere, qui custodiant eam. 33. Et omnem animam Judeorum, quæ captiva est a terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, ut omnes a tributis solvantur, etiam pecorum suorum. 34. Et omnes dies solemnes, et sabbata, et neomenie, et dies decreti, et tres dies ante diem solemnum, et tres dies post diem solemnum, sint omnes immunitatis et remissionis omnibus Iudeis, qui sunt in regno meo: 35. et nemo habebit potestatem agere aliquid, et movere negotia adversus aliquem illorum, in omni causa. 36. Et adscribantur ex Iudeis in exercitu regis ad triginta milia virorum: et dabuntur illis copiae, ut oportet omnibus exercitibus regis, et ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni: 37. et ex his constituantur super negotia regni, quæ aguntur ex fide, et principes sint ex eis, et ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. 38. Et tres civitates, quæ addita sunt Iudeæ ex regione Samaræ, cum Iudeæ reputentur: ut sint sub uno, et non obedient alii potestati,

nisi summi Sacerdos. 39. Ptolemaida, et confines ejus quas deli domum sanctis, qui sunt in Ierusalem, ad necessarios sumptus sanctorum. 40. Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, que me contingunt; 41. et omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant anni prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. 42. Et super haec quinque millia siclorum argenti, que accepient de sanctorum ratione per singulos annos: et haec ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. 43. Et quicunque configerint in templum, quod est Jerosolymis, et in omnibus finibus ejus, obnoxii regi inomni negotio dimittantur, et universæ sunt eis in regno meo, libera habeant, 44. Et ad officianda vel restauranda opera sanctorum, sumptus dabuntur de ratione regis, 45. et ad extruendo muros Ierusalem, et communiendo in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, et ad construendo muros in Iudea. 46. Ut audiuit autem Jonathas et populus sermones istos, non crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitia magna quam fecerunt Israël, et tribulaverat eos valde. 47. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, et ipsi auxilium ferabant omnibus diebus. 48. Et congregavit rex Alexander exercitum magnum, et admovit castra contra Demetrium. 49. Et commiserunt prælium duo reges, et fugit exercitus Demetrii, et insecutus est eum Alexander, et incubuit super eos. 50. Et invaluit prælium nimis, donec occidit sol: et cœcidit Demetrius in die illa. 51. Et misit Alexander per Ptolemaeum regem Ægypti legatos secundum haec verba, dicens: 52. QUONIAM regressus sum in regnum meum, et sedi in sede patrum meorum, et obtinui principatum, et contrivi Demetrium, et possedi regionem nostram, 53. et commisi pugnam cum eo, et contritus est ipse et castra ejus a nobis, et sedimus in sede regni ejus; 54. et nō statuamus ad invicem amicitiam, et da mihi filiam tuam uxorem; et ego ero gener tuus, et dabo tibi dona et ipsi, digna te. 55. Et respondit rex Ptolemeus, dicens: FELIX dies, in qua reversus es ad terram patrum tuorum, et sedisti in sede regni eorum. 56. Et nunc faciam tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, ut videamus invicem nos, et spondeam tibi sicut dixisti. 57. Et exiit Ptolemeus de Ægypto, ipse et Cleopatra filia ejus, et venit Ptolemaidam, anno centesimo sexagesimo secundo. 58. Et occurrit ei Alexander rex, et dedidit ei Cleopatra filiam suam: et fecit nuptias ejus Ptolemaide, sicut reges in magnagloria. 59. Et scripsit rex Alexander Jonathæ, ut veniret obviā sibi. 60. Et abiit cum gloria Ptolemaidam, et occurrit ibi duobus regibus, et dedit illis argentum multum, et aurum, et dona: et invenit gratiam in conspectu eorum. 61. Et convererunt adversus eum viri pestilentes ex Israël, viri iniqui interpellantes adversus eum: et non intendit ad eos rex. 62. Et jussit spoliari Jonathan vestibus suis, et indui eum purpura, et ita fecerunt. Et collocavit eum rex sedere secum, 63. dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium civitatis, et prædicate ut nemo adversus eum interpellet de ullo negotio, nec quisquam ei molestus sit de ulla ratione. 64. Et factum est, ut viderant qui interpellabant gloriam ejus, quæ prædicabatur, et operibus enim purpura, fugerunt omnes: 65. et magnificavit eum rex, et scripsit eum inter primos amicos, et posuit eum ducent, et participem principatus. 66. Et reversus est Jona has in Ierusalem cum pace et letitia. 67. In anno centesimo sexagesimo quinto, venit Demetrius filius Demetrii a Creta in terram patrum suorum. 68. Et audivit Alexander rex, et contristatus est valde, et reversus est Antiochiam. 69. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præter Cælesyria: et congregavit exercitum magnum, et accessit ad Jamiam; et misit ad Jonathan summum Sacerdotem, 70. dicens: Tu solus resistis nobis; ego autem factus sum in derisu et in opprobrium, propterea quia tu potestatem adversum nos exerceas in montibus. 71. Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descendre ad nos in campum, et comparemus illici invicem: quia mecum est virtus bellorum. 72. Interroga, et disce quæsum ego, et ceteri qui auxilio sunt mihi, qui et dicunt quia non potest stare pes vester

ante faciem nostram, quia bis in fugam conversi sunt patres tui in terra sua : 73. et nunc quomodo poteris sustinere equitatum et exercitum tantum in campo, ubi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi ? 74. Ut audivit autem Jonas sermones Apollonii, motus est animo : et elegit decem milia virorum, et exiit ab Jerusalem, et occurrit ei Simon frater ejus in adjutorium : 75. et applicuerunt castra in Joppen, et exclusit eum a civitate (quia custodia Apolloni Joppa erat) et oppugnavit eam. 76. Et exterriti qui erant in civitate, aperuerunt ei, et obtinuit Jonas Joppen. 77. Et audivit Apollonus, et admovit tria milia equitum, et exercitum multum. 78. Et abiit Azotum tanquam iter faciens, et statim exiit in campum, eo quod haberet multititudinem equitum, et confidenter in eis. Et insecurus est eum Jonas in Azotum, et commiserunt praelium. 79. Et reliquit Apollonus in castris mille equites post eos occule. 80. Et cognovit Jonas quoniam insidie sunt post se, et circuierunt castra ejus, et jecernit jacula in populum a mane usque ad vesperam. 81. Populus autem stabat, sicut praceperat Jonas : et laboraverunt equi eorum. 82. Et ejicit Simon exercitum suum, et commisit contra legionem : equites enim fatigati erant; et contriti sunt ab eo, et fugerunt. 83. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, et intraverunt in Bethdagon idolum suum, ut ibi se liberarent. 84. Et succedit Jonas Azotum et civitates, quae erant in circuitu ejus, et accepit spolia eorum, et templum Dagon : et omnes, qui fuderunt in illud, succidunt igni. 85. Et fuerunt qui ceciderunt gladio, cum his qui succensi sunt, fere octo milia virorum. 86. Et movit inde Jonas castra, et applicuit ad Ascalonem : et extierunt de civitate obviam illi in magna gloria. 87. Et reversus est Jonas in Jerusalem cum suis habitibus spolia multa. 88. Et factum est, ut audivit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Jonathan. 89. Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum ; et dedit ei Accaron, et omnes fines ejus, in possessionem.

4. ET ANNO 160 ASCENDIT ALEXANDER ANTOCHI FILIUS, QUI COGNOMINATUS EST (Epiphanius, id est illustris, vel) NOBILIS, ET OCCUPAVIT PTOLEMAIDAM. — Alexander hic cognomento Balas, sive Vales (uti nunc Valesia familia in Gallia est regia), fuit filius Antiochi Epiphanis, ideoque frater Antiochi Eupatoris occisus a Demetrio; quare fratris necem ultor, ejusque regnum recepturus occupavit Ptolemaidam Phoenicis urbem, que nunc Accon, vel Ace dicunt (1). Unde errant Justinus, XXXV, Appianus, Florus, Sulpiitus et Genebrardus, qui Alexandrum hunc ex plebeia familia oriundum, per mendacium et fraudem se stirpi Antiochii inservisse scribunt, ut hoc eodem tempore pseudophilippus se inseruit stirpi regum Macedoniae, ideoque tertium contra Romanos Macedonicum bellum suscitavit, in quo et victus caesusque est, teste L. Floro et aliis. Nisi dicas eum Antiochi Epiphanis filium quidem fuisse, sed nonthum ex Bala concubina genitum, indeoque cognominatum Balas, ut ex Eusebio et Appiano docet Salianus. Magis errant Lyranus, Carthusianus et Adriochinus qui hunc Alexandrum faciunt filium Antiochi Eupatoris, cum ejus fuerit frater, filius vero Antiochi Epiphanis, praesertim quia Eupator occisus est anno etatis duodecimo quo vix generare poterat (2).

(1) Hodie Ace, vel gallice, Saint-Jean d'Acre.

(2) Non satis constat Alexandrum hunc fuisse filium vel

ET RECEPERUNT EUM, — q. d. Incole et accolae Ptolemaidis, exosum habentes Demetrium propter superbiam, luxum et desidiam, Alexandrum ejus consobrinum in regem suscepserunt et coronarunt. 6. ET DEDUIT EI POTESTATEM CONGREGANDI EXERCITUM, — ut eum suis copiis coniungeret, hisque simul junctis debellaret Alexandrum. 8. ET TIMUERUNT TIMORE MAGNO, — q. d. Demetrii milites, occupantes arcem Sion, timuerunt Jonathan, ne jussu Demetrii exercitum conscriberet et arcem invaderet, non tamen ex arte furerunt, ut aliqui putant ex vers. 12, sed eam reuenerunt : nam postea eam obcedit Jonas, ut audiens cap. xi, vers. 20.

10. ET HABITAVIT JONATHAS IN JERUSALEM, — tum quia ipse erat summus Pontifex, ac Pontifice fuius debebat in templo, ideoque residenz in Jerusalem : tum quia ipse erat dux et princeps Israelis, cuius metropolis erat Jerusalem.

18. REX ALEXANDER FRATRI JONATHE SALUTEM, — Jonathan Alexander rex voca fratrem, quod ejus amicitiam et auxilium ambiret, cuperetque eum legitimum vel sparsum Antiochi Epiphanis, et probabilis putatur eum ex Rhodo vel Cyro et obscura conditione natum, suum genus eminentium fuisse, se filium Antiochi Epiphanis dicendo. Porro Romanorum praesidio fretus, qui eum pro rege habuerunt, Roma et Ephes exercitum contra Demetrium congregavit, et Ptolemaidem occupavit.

nabore socium, promittens quod eum habitus regi persolvere, non autem si collegisset in messe sexaginta modios, debuisset regi solvere viginti; que est tertia pars messis, non seminis, ut hic dicitur.

20. CONSTITUIMUS TE HODIE SUMMUM SACERDOTEM. — Jonas, ait Serarius, jam a populo electus et constitutus erat Dux et Pontifex; sed Pontificatus hic ei confirmat Alexander, quasi rex Asiae et Syriae, ad quem proinde iure regnum politico pertinere videbatur creatio Pontificis, sicut olim Romani Imperatores sibi arrogabant, et nominabant Romanum Pontificem; sed merito posteriores Pontifices hoc ius imperatoribus ademerunt, ac in clerum, puta in Episcopos et Cardinales transulerunt. Jam enim hoc officium usurparunt Antiochus Epiphanius Alexander pater, qui Jasonem, deinde Menelaum constituerat Pontificem, ac post eum Demetrios rex constituerat Alcimum Pontificem, a cuius morte anno octavo Alexander hic Pontificem crebat Jonathan.

ET QUE NOSTRA SUNT SENTIAS NOBISCUM, — q. d. Nostre cause et parti favetas, non adverse, ut scilicet me armis copique juves, non Demetrius antagonista meum. Idque fecit Jonas prefectus Alexandrum Demetrio ob bella et damna israeli ab eo illata.

32. ET INDUIT SE JONATHAS STOLA SANCTA, — scilicet stola tunicae Pontificali, in qua erat Rationale cum Ephod, Exodi xxviii. Nam hucusque Jonas, licet Pontifex, Pontificalia non induerat, nec exercerat, eo quod Jerusalem ab hostiis occuparetur. Jam autem recepta Jerusalem, Pontificalia vestimenta induit, et munia Pontificis exercuit.

26. QUONIAM SERVASTIS AD NOS PACTUM. — Demetrios hic fingit se nescire quod Jonas et Iudei a se ad Alexandrum emulum sumum defecissent; unde eos quasi fideles amicos compellat,hortaturque ut in fide et amicitia sua persistant, magna, si id fecerint, promittens premia.

48. ET REMITTENTIS VOBIS PRESTATIONES (id est exactiones et tributa, que mihi prestare solebantur; unde explicans subdit) : ET NUNC ABSOLVO VOS ET OMNES IUDÆOS A TRIBUTIS.

29. ET PRETIA SALIS INDULGO, — id est tributa que pro salo conficieundo, devolvendo, et dividendo mihi debentur, vobis condono, quae ulti-que magna sunt : nam omnes omnino homines indigent sale. Unde Saliburgi Princeps opes suas ingentes ex sala colligit. Id patet ex cap. seq., vers. 35.

ET CORONAS — aureas, ut patet cap. xiii, vers. 37, quas quotannis persolverebatis, remitto.

ET TERTIANA SEMINIS, — id est tertiam partem frumentorum, ut habet Josephus, que ex semine in terram jacto germinare solent, remitto. Ita Lyranus. Verum quod hoc tributum videatur esse immobile, unde cap. xi, vers. 33, decime tantum fit mentio, hinc melius Salianus precise tertiam seminis accepti, ut si quis duodecim triticis modios seminaset, debuisset in messe quatuor modios tritici.

regi persolvere, non autem si collegisset in messe sexaginta modios, debuisset regi solvere viginti; que est tertia pars messis, non seminis, ut hic dicitur.

30. ET DUMIDIAM PARTEN FRUCTUS LIGNI, — id est Vers. 24. omnium fructuum, qui ex lignis, id est arboribus produci solent, quorum dumidiama partem mibi pondebat, nunc vobis condono.

31. ET JERUSALEM SIT SANCTA ET LIBERA; (primo, Vers. 24. ut ipsa velut urbs sancta populo fidelis et sancto, puta Judeis restituatur : quare milites mei, qui sunt in aere Sion, caveant ne eam profanent, immo ex arce excedant, eamque Jonathan et Judeis tra-lerunt. Jam enim hoc officium usurparunt Antiochus Epiphanius Alexander pater, qui Jasonem, deinde Menelaum constituerat Pontificem, ac post eum Demetrios rex constituerat Alcimum Pontificem, a cuius morte anno octavo Alexander hic Pontificem crebat Jonathan.

32. ET INDUIT SE JONATHAS STOLA SANCTA, — scilicet dominium arcis in monte Sion, quod obfimeo, remitto, illudque resigno, et trado Jonathae, quasi summo Pontifici. Hoc promisit Demetrios Jonathan, sed reipsa non praestit, quia Jonas fodus initit cum Alexandre hoste Demetrii.

33. ET OMNEM ANIMAM IUDÆORUM QUE CAPTIYA EST, — q. d. Vers. 34. — q. d. Omnes Judeos, qui eis Judea captivi abducuntur, sparsique per totum regnum meum, liberos dimitti volo, idque gratis et sine lytro, eodemmodo absolvabo ab omni tributo etiam pecuniam suorum.

34. ET OMNES DIES SOLEMNES, ET SABBATA, ET NEOMENIA, ET DIES DECRETI, — qui scilicet non a lege, sed a Iudeis ipsis decreti, et deputati sunt ad aliquam festivitatem, uti a Iuda decretum fuit festum Enceniorum ob templi purgationem; item festum victorie Judith ob cesum Holofernem, et festum Esther ob cesum Aman. Ita Salianus, q. d. Sancio et edico ut omnes Iudei, qui sunt in regno meo, libere celebrent sua sabbata, neomenias, et alios dies festos a lege, vel Synagogis statutos et decretos, immo ut tres dies ante, et tres dies post aliquam solemnitatem, Iudeis sint dies immunitatis et remissionis, quibus nec in ius vocari, nec ad opera servilia capessenda a quopiam cogi possint, uti explicit versus sequens.

35. ET DABENTUR ILLIS COPIE, — id est copiosa stipendia aquae ac amona.

ET EX EIS ORDINABUNTUR, QUI SINT IN MUNITIONIBUS REGIS MAGNI, — scilicet Demetrios, q. d. Tradam Iudeis arcis meas, ut ipsi quasi mihi fidi eas custodiant. Pro « magno Greco est magnis, q. d. magnis et primarias arcis meas credam Iudeis.

37. ET EX EIS CONSTITUUNTUR SUPER NEGOTIA REGI, — id est que sum. — qui constituantur ex fide, — id est que sum.

manum fidem, sumnumque silentium et secretum regnirunt.

ET PRINCIPES SINT EX EIS (qui tam provincias, quam exercitus meos gubernent), et ABSENTIEN IN LEGIBUS SVIS, — ut iuxta eas Judaice vivant in regno meo. sicut vivunt in Iudea.

39. PTOLEMAIDA (civitatem, quam invasit Alexander, meus consobrinus, et amplus) ET CONFINES EJUS, QUAS DEO DONUM SANTIS, QUI SUNT IN JERUSALEM, — puta sancto Pontifici sanctissime, id est fidelibus Iudeis; rursum etiam nunc do, dumunque a me datum confirmo. Pro « qui » Graec est qua, q. d. Colonias has dedit sanctis, id est Sanctuario, sive sancto templo, quod est in Jerusalem, puta Sancto, et Sancto sanctorum, ut ex eorum preventibus emantr victimae, aliaque necessaria ad cultum dei in sancto ejus templo.

41. ET OINQ. QUOD RELIQUUM FUERIT, QUOD NON REDDIDERANT, — q. d. Sancio ut mei quovostores reddant, et restituant templo illa ex censibus aliisque rebus templo destinatis subtrauerint, et in meum ararium intulerint. Aut ut Salianus, q. d. Iudeo ut publicani Iudei, qui sunt obnoxii reddenderatione, ne regis questoribus adiuvate satisfecerint, et non arario regio, sed templo persolvant Jerosolymitanos. Nam de redditibus templi subdit novum beneficium, vers. 42.

42. QUE ACCIPIENTB SANCTORUM RATIONE, — id est ex sancti templi censi et arario, ut in meum ararium inferent: nunc iubeo illa templo restitu, nimirum, « quinque millia sutorum », id est quinque milia Francorum, sive Florenorum Brabantiorum. Sicut enim post quatuor drachmas, valiente quatuor Julios, sive quatuor regales Hispanos.

43. ET QUICMQUE (sive Iudei, sive Gentiles) CONFUGENT IN TEMPLO, etc., DIMITTANTUR, — q. d. Iudeo sanctioque jus asyli, quod habuit templum, immo illud augeo. Volo enim ut, dum quis confugit ad templum, quantum si in eo manet, nemo possit invadere bona illius in regno meo, licet alibi sita. Verum nimis ampla promittit hic Demetrius: quare Jonathas et Iudei ei non credidissent testimonia ex necessitate facta hec promittere, sed postea non servarunt; presertim, quia ejus malevolentiam sapienti erant experti: quare, Demetrio relieto, adheserunt Alexandro.

Nota : hic Demetrius duodecim ingentia beneficia promittit Jonatham, si suas partes contra Alexandrum sequi et tueri velit; unde colligas quanto fuerit fortitudo, et fama Jonathae. *Primum* est immunitas tributorum; *secundum*, libertas Ierosolymae, ut sit immunis a presidio militum Demetrii; *tertium*, restitutio captivorum; *quartum*, permission festae quietis; *quintum*, jus honoratus militie; *sextum*, jus gubernandi; *septimum*, jus servandi fidem legemque patriam; *octavum*, amplificatio domini Pontifici; *novenus*, donatio Ptolemaidis; *decimus*, annus pro templo censis quindecim millium sutorum; *undecimus*, jus asyli in tem-

plo: *duodecimum*, edificatio murorum Jerusalem.

47. QUA IPSE FURAT EIS PRINCIPES SERMONUM PACIS,

— id est quia Alexander prior, et ante Demetrium, pacem rediuseva a Iudeis postularat.

30. ET CECIDIT DEMETRIUS, — victim ab Alexander per auxilium Jonathas et Judeorum. Cedit Demetrius, equo ipsius cadente et leuis ipsum diruebibus, aut Josephus, lib. XII, cap. 1. Vero licet Demetrius potius habet ad regnum Asiae, utpote filius Seleuci, qui senior erat Antiochi Magni filius, ideoque in regno successor, quam Alexander, utpote filius Antiochi Epiphanis, qui Seleuci erat frater junior; tamen Jonathas hie adiuvit Alexandrum contra Demetrium, tam quis beneficiis haecusque hostis funerali Judeorum eosque hostiliter invaserat, et vastaratur: quare contra eum Alexandri ope uti, immo eam implorare iure suo poterat Jonathas; tamen quia Alexander jussi habebat contra Demetrium, eo quod ipse fratrem suum seniorum Antiochum Eupatorem occidisset; voluit ergo necem fratris sui ulciari, praserim quis populis, sceleris et tyrannide Demetrii detestans, ei pretulerat Alexandrum, illiciisque sibi regem crearet.

51. ET MISIT ALEXANDER AT PTOLEMEUM (Philometorem) REGEM EGYPTI LEGATOS, — poscent eis filiam Cleopatram in uxorem, ut hac ratione fedus cum eo firmaret, seseque contra Demetrium Demetrii a se occisi filium roboretur. Porro Cleopatra Graec idem est quod decus et gloria patris et patriae. Utinam haec talis fuisset!

Nota : Multa fuerunt Cleopatrae, quarum haec fuit origo et series. *Prima* Cleopatra fuit Antiochi Magni filia, et soror Antiochi Epiphanis, quem nupsit Ptolemaeo Epiphanim, quia post Alexandriae *Prima* Magnum regi Egypti. Hie fuit speciosissima, ideoque a Danièle, cap. XI, vers. 17, vocata « filia feminaria », hoc est formosissima, indeque dicta Cleopatra, id est decus et gloria patris. Unde ab ea cetera omnes regine Egypti, utpote ab ea prognatae, vocatae sunt Cleopatrae. Ipsa ergo ex Ptolemaeo Epiphanem genuit Ptolemaeum Philometorem, Ptolemaeum Physconem, et Cleopatram filiam, quam hie sororem Philometor, ac deinde Physcon in uxorem accepit.

Hie est ergo *secunda* Cleopatra, que Physcon fuit soror, uxor, et insuper quasi mater, aut pótius soror. Nam Physcon post eam repudiatam, duxit filiam ejus in uxorem.

*Tertia* Cleopatra fuit huius *secunda* ex Philometore filia, quam Philometor pater primo depositum Demetrio Nicanori, deinde eo capto ipsa nupsit Antiochum Sidet, Demetrii frati. Hie venenum propinans filio suo Antiochum Gryphum, ab eodem coacta illud libere, seipsam occidit. De ea hic agitur.

*Quarta* Cleopatra fuit Ptolemaei Lathuri, qui Ptolemaei Physcon fuit filius et successor, soror et uxor, que ab eo repudiatam nupsit Antiochum Gryphum regi Asiae, et a Gryphina sorore in temp-

plexans simulacra, jussa est confodi et occidi, teste Justino, lib. XXXIX.

Quinta Cleopatra fuit Ptolemaei Auletis filia, et Ptolemei Dionysii ultimi regis Egypti soror et uxoris, quam adamavit Antonius repudiatis sororem Augusti Cesaris, ideoque ab eo victus ad spontaneam necem adactus fuit: Cleopatra quoque seipsum ad mortem corpori serpentinibus interfecit. Ita Eusebius, Josephus Strabo, Beda, et alii quoque fuit ab Apollonio Alcesthei filio, quem Antiochus Epiphanes misit cum 22 milibus, ut Jerusalem et Egyptum occuparet, II Machab. IV, 21. Alius quoque ab Apollonio Gennei filio, qui Iudeos sub Eupatore vexavit, de quo II Machab. XII, 2. Videtur hi Apollonius a Demetrio praefectus Colesyrie constitutus, deinde veniente Alexander ad eum a Demetrio defecisse; inde ab Alexandre ad Demetrium Demetri filium cum illis pluribus transisse. Unde Justinus ait milites paternos ad filium Demetrium signum transluisse.

70. QUA TIA POTESTATEM ADVERSUM NOS EXERCES VERA  
IN NOSTRIS, — id est in Iudea, quae montosa est, q. d. TA, o Jonatha, inter montes Iudea te continet, ibique dominaris, milique resistis. Ex ergo o Iudea in campus Syriae, ibique aperto mari uecum conligi, si vir es, et viribus ad bellandum polles, ut jactas; nam in angustis montium facili est homini imbelli cum paucis resistere multus.

71. TQ SOLUS RESISTIS NOS. — Nam, ui ait justinus, lib. XXXV, de hoc Demetrio : Audita Alexandri luxuria, quem insperata opes et aliena felicitatis ornata, velut capitulum inter scortorum generes, desider in Regia tenebant, auxiliantium Crotonis, securum, ac nihil hostile metuendam aggreditur. Antiochenes quoque veterum patris offensam, novis meritis correcturi se ei tradunt;

sed et milites paterni, favore juvenis accensi, prioris sacramenti religionem novi regis superbie preferentes, signa ad Demetrium transfrunt. »

71. NUN ERGO SI CONFIDIS IN VIRTUTIBUS (Greece  
διάλυσης, id est viribus et exercitibus) TUIS, DES-  
CENDE AD NOS IN CAMPUM, ET COMPAREMUS (Greece  
αγροπεριήσης, id est comparemum, conferamus, com-  
paramus) ILLUC INVICEM, (ut pedem pedi, manum manus, consentes, ostendamus uter sit fortior,  
an tu, an ego;) QUA MECUM EST VIRTUS BELLORUM. —  
Greece, qua mecum est exercitus potens urbium, q. d.  
Provoco te in campum, ubi armis pugnandum est, non saxis, et in quo nullum victo est refu-  
gium. Noster legit τοξότων, id est bellorum; alii legi-  
gunt πόλεων, id est urbium, et sic quoque legit  
Josephus.

72. QUA BIS IN FUGAM CONVERSI SUNT PATRES TU, —  
nimirus semel, quando Mathathias fugit cum filiis suis, I Machab. II, 28; iterum in pugna cum Bacchide, in quo cæso Juda, ceteri Iudei fugi-  
runt, I Machab. IX, 18.

74. UT AUDIT AUTEM JONATHAS SERMONES APO-  
LONII, MOTUS EST ANIMO, — ad iram excedentes, et ad pugnam exاردescens, ut ipso facio r/

Demetrium, illektus spe majora honorum et opum, quas promittebat novus rex Demetrius. Autem enim respiciunt semper ad solem Orientem, ut vulgo dicitur. Ille Appollonius, quem Josephus Dauna cognominat, alias fuit ab Apollonio Tharsco filio, qui tempore Seleuci regis praefuit Colesyrie, de quo II Machab. III, 5. Alius quoque fuit ab Apollonio Alcesthei filio, quem Antiochus Epiphanes misit cum 22 milibus, ut Jerusalem et Egyptum occuparet, II Machab. IV, 21. Alius quoque ab Apollonio Gennei filio, qui Iudeos sub Eupatore vexavit, de quo II Machab. XII, 2. Videtur hi Apollonius a Demetrio praefectus Colesyrie constitutus, deinde veniente Alexander ad eum a Demetrio defecisse; inde ab Alexandre ad Demetrium Demetri filium cum illis pluribus transisse. Unde Justinus ait milites paternos ad filium Demetrium signum transluisse.

75. SCRIPIT REX ALEXANDER JONATHAS, UT VEN-  
RET OBVIAM SIBI, — q. d. Invitat Alexander Jonatham Ptolemaidam ad nuptias suas cum Cleopatra celebrandas.

62. INDUT EUM PURPURA, — id est regio amictu: purpura enim regni et regum erat vestis. Alexander ergo hic Jonatham regis insignibus ornat, ob open et auxilia sibi ab eo contra Demetrium praesita, idque per principes suis iubet per totam civitatem predicari et promulgari. Non tamen hoc ipso Jonatham creat regem, sed dynastam et principem, purpura enim erat amictus dynastarum, qui amici regis, et ex amictu purpureo purpurat vobabantur. Sit Mardochaeus ab Assuero ornatus fuit corona aurea in capite et amictu purpureo: erat enim ex primaris regis dynastis et amicis, Esther VIII, 43.

67. IN ANNO 163 VENIT DEMETRIUS (JUNIOR) FILUS  
DEMETRII — senioris ab Alexander et Jonatha vici et occisi. Venit, inquam, o Creta, ubi latuerat in Syriam, ut necem patris ulcisceretur, et avitum eius regnum, profligato Alexandre, recuperet. Factum hoc est quinto anno regni Alexandri, qui fuit terius ab eius nuptiis cum Cleopatra; has enim iniit anno 162 Graecorum, ut dictum est vers. 57; regnum vero occupavit annis 160 Graecorum, ut dictum est versus 1.

Nota : Ex Justino, lib. XXXV, Demetrius senior, initio belli contra Alexandrum, duos filios suos, scilicet Demetrium Nicanoram et Antiochum Sidet, qui ambo successive postea regnarunt, apud hospitem summum Gnidium (Gnidus est in Asia extrema prope Halicarnassum et Rhodium, in extreto promontorio, quod respicit Cretam) cum magna auri vi depositi, ut bellis periculis eximerentur, et si ita sors tulisset, ultioni paternae nois servarentur. Ita factum; nam Demetrius Nicanor, Demetrio patre occiso, o Creta profugit in Syriam, regnumque invasit. Hoe eodem tempore mortuus est Cato senior, Marcellus consul Romanus bellum gessit in Hispania, Attalus Praetor in Lusitania, ac Garthago tertium bellum Punicum contra Romanos apparavit, o Creta fugit in Scipione Africano. Ia Salianus.

69. ET CONSTITUT DEMETRIUS REX APOLLONIUM DU-  
CEM, QUI PRAEBAT COLESYRIE. — Ille Apollonius prius servierat Alexandre. sed ab eo defectus ad

taret expro rationem Apollonii, ac re ipsa ostenderet se tam in campis quam in montibus esse bellipotentem, imo leonem.

ET EXCLUSIT (Apollonii) EUM (Jonatham) A CIVITATE: QUA CUSTODIA (præsidium militum ad custodiendam urbem) APOLLONI JOPPE (Greece in Joppæ) ERAT. GREECE EST ANAKTOS, id est excusserunt, scilicet milites præsidiarii Jonatham.

80. ET CIRCUIERUNT — hostes, scilicet equites Apollonii) CASTRA EJUS (scilicet Jonathae), ET JECKRUNT JACULA IN POPULUS, scilicet in socios Jonathae.

81. POPULUS AUTEM STARAT (constantia animo, pede et manu clypeis suis excipiens, et repellens jacula hostium), ET LABORAVERUNT EQUI EORUM : — q. d. Equi et equites Apollonii fatigati fuere, quia tota die laboraverunt currendo, et jacendo tela in castra Jonathae. Unde Simon eos fessos et lassos agressus fudit fugavitque.

82. ET EJECT (Greece ἐξέβαλεν, id est extraxit, eduxit, emisit, explicit, expandit) SIMOS EXERCITUM SUUM (alas militum) ET COMMISIT (prælum) CONTRA LEGIONEM (Greece contraphalangem), puta contra aciem hostium; EQUITES EXIMI FATIGATI ERANT (ob causam iam dictam), ET CONTRITI SUNT SUB EO (a Simone fratre Jonathae), ET FUGERUNT.

83. ET INTRAVERUNT IN BETHAGON, — id est in dominum Dagon, puta in templum Dagon, qui erat Deus sive « idolum » corum, Greece ἵδιον θεόν, id est in idolum, sive fanum idoli sui, scilicet Dagon. Verum qui idolum suum e manibus Jonathae liberare non poterat, quomodo ab eodem a strage Jonathae liberaretur? Quare omnes cum suo idolo

et idolis a Jonatha successi concrematique fuere.

86. ET EXIERUNT (Ascalonite) DE CIVITATE OBVIAM ILLI (Jonathae) IN MAGNA GLORIA; — id est magno honore et pompe eum exciperter, illique se ut urbem suam dedentes, ne ab eo exmarentur instar Bethagon.

89. ET MISIT (Alexander rex hostis Demetrii et Apollonii) EI (Jonathae ob contritum Apollonium) FIBULAM AUREAM. GREECE οὐτέποτε, quod aliqui vertunt monile e collo, vel e cingulo dependens, quale est in Belgio vellus aureum. Melius Noster vertit « fibulam », qua longiores tunicae et vestes subnecti solent, juxta illud *Eneid.* IV :

Aurea purpurea subnecti fibula vestem.

Fuit hoc ornamentum militare, teste Livio, lib. VII et IX; non olim nisi regum cognatis, et summis amicis dari solitus, ut hic dicitur. Fibula ergo haec vestes laxas et fluidas, vel in pectora, vel in cingulo stringebat, et confibulabat. Unde Virgilii, XII *Eneid.*:

Laterum juncturas fibula mordet.

Et Ovidius, VIII *Metam.* :

Rasiliis hinc summam mordebat fibula vestem.

Et S. Hieronymus, epist. 49: « Fibulam que chlamydis mordebat oras, in humum exessuit. » Tertullianus, *De pallio*, cap. 1: « In viris, inquit, palli extrinsecus habitus, et ipse quadrangularis ab utroque laterum regestus, et cervicibus circumstrictus in fibule morsu humeris acquiescebat. »

## CAPUT UNDECIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Ptolemaeus Philometor* Alexandro filium suum Cleopatram quam ei uxorem dederat, una cum regno auctor. Alexander fugit in Arabian, ibique a Zabdiel rege occiditur, qui caput occisi mittit ad Philometorum. Philometor, eo accepto, tertio die post mortem. Moz, vers. 19, Demetrius, firmato regno, fodus int̄ cum Jonatha qui eum a nece liberat, exsits centum hostium militibus; sed Demetrius jam de regno securus, vers. 53, fodus cum Jonatha int̄ perfide abrumpit. Quare Jonathas ad Antiochum Alexandri occisi filium se transferat, ab eoque magnis honoribus affectus. Unde pro eo dimicans plures Demetrii urbe occupata, ejusque copia fundit fugaque.

1. Et rex *Ægypti* congregavit exercitum, sicut arena qua est circa oram maris, et naves multis: et quærabat obtinere regnum Alexandri dolo, et addere illud regno suo. 2. Et exit in Syriam verbis pacificis, et aprirebant ei civitates, et occurrebat ei: quia mandaverat Alexander rex exire ei obviam, eo quod soer suus esset. 3. Cum autem introiret civitatem, Ptolemaeus ponebat custodias militum in singulis civitatibus. 4. Et ut appropiavit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, et Azotum et cætera ejus demolita, et corpora projecta, et eorum qui easí erant in bello tumulos quos fecerant secus viam. 5. Et narraverunt regi quia hec fecit Jonathas, ut invidiam facerent ei: et tacuit rex. 6. Et occurrit Jonathas regi in Joppæ cum gloria, et invicem se salutaverunt, et dormierunt illuc. 7. Et abiit

Jonathas cum rege usque ad fluvium, qui vocatur Eleuterus: et reversus est in Jerusalem. 8. Rex autem Ptolemaeus obtinuit dominium civitatum usque Seleuciam maritimam, et cogitabat in Alexandrum consilium rama. 9. Et misit legatos ad Demetrium, dicens: VENI, componamus inter nos pactum, et dabo tibi filiam meam, quam habet Alexander, et regnabis in regno patris tui; 10. penitet enim mihi quod dederim illi filiam meam: quassivit enim me occidere. 11. Et vituperavit eum, propterea quod concupicerat regnum ejus. 12. Et abstulit filiam suam, et dedit eam Demetrio, et alienavit se ab Alexandre, et manifestata sunt inimicitiae ejus. 13. Et intravit Ptolemaeus Antiochiam, et imposuit duo diademata capiti suo, *Ægypti* et Asia. 14. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis. 15. Et audivit Alexander, et venit ad eum in bellum: et produxit Ptolemaeus rex exercitum, et occurrit ei in manu valida, et fugavit eum. 16. Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protegeretur; rex autem Ptolemaeus exaltatus est. 17. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, et misit Ptolemaeo. 18. Et rex Ptolemaeus mortuus est in die tertia: et qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra castra. 19. Et regnavit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. 20. In diebus illis congregavit Jonathas eos qui erant in Judea, ut expugnaret arcem qua est in Jerusalem: et fecerunt contra eam machinas multas. 21. Et abiuerunt quidam qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, et renuntiaverunt ei quod Jonathas obsideret arcem. 22. Et ut audivit, iratus est; et statim venit ad Ptolemaidam, et scripsit Jonathas ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinatio. 23. Ut audivit autem Jonathas, jussit obsidere: et elegit de senioribus Israel et de sacerdotibus, et dedit se periculo. 24. Et accepit aurum, et argentum, et vestem, et alia xenia multa, et abiit ad regem Ptolemaidam, et invenit gratiam in conspectu ejus. 25. Et interpellabant adversus eum quidam iniqui ex gente sua. 26. Et fecit ei rex, sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: et exaltavit eum in conspectu omnium amicorum suorum. 27. Et statuit ei principatum sacerdotiorum, et quecumque alia habuit prius pretiosa, et fecit eum principem amicorum. 28. Et postulavit Jonathas a rege, ut immunem faceret Judæam, et tres toparchias, et Samariam, et confines ejus: et promisit ei talenta trecenta. 29. Et consensit rex; et scripsit Jonathas epistolas de his omnibus, hunc modum continentis: 30. Rex Demetrius fratri Jonathae salutem, et genti Judæorum. 31. Exemplum epistole quam scripsimus Lasheni parenti nostro de vobis misimus ad vos ut sciretis: 32. Rex Demetrius Lasheni parenti salutem. 33. Genti Judæorum, amicis nostris, et conservantibus qua justa sunt apud nos, decrevimus benefacere, propter heuignitatem ipsumsum, quam erga nos habent. 34. Statutus ergo illis omnes fines Judææ, et tres civitates, Lydan, et Ramathan, que additæ sunt Judææ ex Samaria, et omnes confines earum, sequestri omnibus sacrificantibus in Jerosolymis, pro his quae ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, et pro fructibus terra et pomorum. 35. Et alia qua ad nos pertinebant decimarum et tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: et areas salinarum, et coronas qua nobis deferebantur, 36. omnia ipsi concedimus: et nihil horum irritum erit ex hoc, et in omne tempus. 37. Nunc ergo curate facere horum exemplum, et detur Jonathas, et ponatur in monte sancto, in loco celebri. 38. Et videns Demetrius rex quod siluit terra in conspectu suo, et nihil ei resistit, dimisit totum exercitum suum, unumquemque in locum suum, excepto peregrino exercitu quem contraxit ab insuli Gentium; et inimici erant ei omnes exercitus patrum ejus. 39. Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius; et vidit quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium, et ivit ad Enachuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: 40. et assidebat ei, ut traduceret eum ipsi, ut regnaret loco patris sui; et enuntiavit ei quanta fecit Demetrius, et inimicitias exercituum ejus aduersus illum; et mansit ibi diebus multis, 41. Et misit Jonathas ad Demetrium regem, ut ejiceret eos qui in aree erant in Jerusalem;